Fragmentarium

ut a ne(st)is mentibus carnales amoueat
ipse s(an)c(t)os affectus. & sp(irit)ualia nobis dona
potenter infundat. R. Ad uesp(eras)

Siquis diligit me sermonem meum seruabit &
pater meus diliget eum & ad eum ueniemus &
mansionem apud eum faciemus aevia. E evovae.
Spiritus paraclitus aevia ipse uos docebit omnia
aevia. E evovae. A. Non uos relinquam orphanos ae-
via ueniam ad uos iterum aevia. E evovae. A. Hi
qui linguis loquuntur nouis galylei sunt & serpen-
tes tollent aevia. A. evovae. A. Spiritus sanctus do-
cebit uos aevia quecumq(ue) dixero uobis aevia. E evo-
vae. A. Pacem meam do uobis aevia pacem relin-
quo uobis aevia. E evovae. FR. II. Invit(atorium)
Aevia. Spo(nsus) d(omi)ni. A. Factus e(st). Ps. Magn(us) d(omi)n(u)s. ut sup(ra).

In ill(o) t(em)p(o)R(e). Dixit ih(esu)s. Sec(undum) Iohem
discipulis suis. Sic deus dilexit mun-
dum ut filium suum unigenitum da-
ret. ut omnis qui credit in ipso n(on) pe-
reat s(ed) habeat uitam eternam. & r(e)l(iqua). S(er)mo s(an)c(t)i Augustini epi(scopi) de ea(dem)
Vnde notandum quod eadem de filio
dei unigenito replicat. que de filio
hominis in cruce exaltato premiserat
dicens. ut omnis qui credit in eum
non pereat. s(ed) habeat uitam eternam.
Quia profecto idem redemptor &
conditor n(oste)r filius dei ante s(e)c(u)la exis-
tens. filius hominis factus e(st) in fine
s(e)c(u)lorum. ut qui p(er) diuinitatis sue po-
tentiam nos creauerat ad p(er)fruendam
uite beatitudine(m) perhennis. ipse p(er)
fragilitate(m) humanitatis n(ost)re nos res-
tauraret ad recipiendam quam p(er)dideram(us)
uitam. Sequitur aute(m). Non misit
deus filium suum ut iudicet mundum
s(ed) ut saluetur mundus p(er) ipsum.
[illegible] spi[illegible]

R. Disciplinam & sapientiam docebat e(os)
dominus firmauit in il lis gratiam spiritus. V aevia
sui & intellectu adimpleuit corda eo rum
aevia. aevia. V. Spiritus s(an)c(tu)s domini repleuit
orbem terrarum & hoc quod continet omnia scien-
tiam habet uo cis. & intellect(u). L. II.

Ergo quantum est in medico sanare
uenit egrotum. se interimit qui pre-
cepta medici obseruare non uult. ue-
nit saluator ad mundum n(on) ut iudi-
cet mundum. Quare saluator mundi
dictus est. nisi ut saluet mundum.
Saluari non uis ab ipso. ex te iu-
dicaueris. Et quid dicam iudicaueris.
Videte quid ait. Qui credit in eum
non iudicabitur. qui aute(m) n(on) credit
quid dicturum sperabas nisi iudica-
tur. iam inquit iudicatus est. Non-
dum apparuit iudicium. s(ed) iam fac-
tum est iudicium. Nouit enim d(omi)n(u)s
qui sunt eius qui permaneant ad
coronam. qui p(er)maneant ad flam-
mam. nouit in aream suam tritici
suum. nouit & paleam. nouit & se-
getem nouit zizania. R. Spiritus
sanc tus procedens a throno aposto lo
rum pec to ra inuisibili ter pene tra
uit nouum sanctificationis sig num ut in
ore eorum om ni um ge nera nascerentur
lin guarum. aevia. V. Adue
nit. ignis diuinus non comburens sed illuminans
& tribuit eis carismatum do na. ut moz(e).
Qui n(on) credit. quare L. III.
iudicatus est. Quia n(on) credit in
nomine unigeniti filii dei. Hoc
est aute(m) iudicium. quia lux uenit

License: cc-by-nc-sa – Scherpenheuvel-Zichem, Abdij der Norbertijnen van Averbode, Archief, Sectie IV, hs. 417, 14, fol. [3]r – Noted breviary (https://fragmentarium.ms/view/page/F-m557/7123/69819)